


ask

First Edition. N.B. The ms note on 195 folio.

PRESENTED TO THE LIBRARY  
BY  
COL. CASEY A. WOOD, M.D., LL.D.

C.G.A.B

+F33




ACC. NO. 281674 DATE 1933

L.B. 582

Yours, gift to the Redpath Library from  
Nov 18/32. This incunable formed at one  
time an item in the ancient library of the  
Monastery of Ss. Ulrich and Afra, Augsburg.  
See ms. marginal note at the head of  
recto fol 1. Cates.

DR. CASEY WOOD  
295 WIGMORE DRIVE  
PASADENA, CALIFORNIA



Lathrop C. Harper Cat. 152.

8 WEST FORTIETH ST., NEW YORK

45

86 FELICIANUS. *De divina praedestinatione.* 12 leaves (last a blank and missing), Gothic type, 38 lines to the page. Small folio, half morocco (new).

[Augsburg: Anton Sorg, in the Monastery of SS. Ulrich & Afra, not after 1476].

\$150.00

Collation: [No signatures nor pagination.]

Proctor places this under the press of SS. Ulrich and Afra, but the British Museum Catalogue ascribes it to Sorg's own press at Augsburg.

IT IS THE FIRST EDITION, and a fine specimen of early printing. In Ulrich von Ellenbog's copy of this book, with the date 1476, is written: "Iste tractatus impressus est August in monasterio sancta Vdalrici, donatusque est mihi per dominum abbatem dum ibidem essem domini episcopi capitulique phisicus per annos octo fere."

Hain, 6950; Proc., 1640, type 2; Pell., 4752;  
B. M., II. p. 343.

[SORG (ANTON).] FELICIANUS. DE DIVINA PREDESTINATIONE.  
First Edition. 11 leaves. Library stamp on first page. Initials in red. Gothic letter. First 3 leaves on stub. Folio. Modern vellum. (Augsburg. ca. 1475). Hain 6950. MB. in the monasterio SS. Ulrich & Afra.

12 Anton Sorg is thought to have been the printer who produced excellent volumes for the Convent of Saints Ulrich and Afra at Augsburg. From 1475, however, he owned his own press, and this volume is one of its early examples.



Monasterii S. Vidae Aug<sup>2</sup>

Incipit tractat⁹ fratus Feliciā ordinis Ordinatorū doctoū  
eximij de diuina p̄destimatione intitulatus.

Prologus.

**GENERALIS** In christo patre domino  
domino iacobo eterni regis gratia episcopo be-  
atino frater felicianus de sōme predicatorum  
petite x̄isomis exēnnum: & deuote recomen-  
datiōmis affectum: deo xp̄io qui de supne sue  
maiestatis throno eternaliter cūda p̄spiciens  
put cuiq̄ coruētē nouit accommodat. iuxta  
vestre paternitatis mandatuz de p̄destimatione diuina opusculum  
de libris vtriusq; testamenti de originalibus libis sanctorum & do-  
ctorum obmissis obscuritatibus & restuctis supfluis in decem & se-  
ptem distinctum capitula compilauit paternitatem ipsam supplia-  
ter obsecrans quatinus illud tanq; exiguū manus a paupere di-  
gnemni suscipere gratiose.

Incipit Registrum.

- O** significet nomen p̄destimati⁹. **Capl. i**  
In q̄ differant p̄destinatio & p̄uidentia. .ij  
Quomodo se habeat p̄destinatio ad electionē: dilectio-  
nem: gratiam & gloriām. .iii  
Quis posset p̄destinari. .iii  
Quis possit p̄destinari. **MEGIA** **Capitulum. v**  
Quid sit p̄destinatio. .vi  
Otrū p̄destinatio cām hēat: & spealitet p̄scāz meritorū. .vij  
Otrū p̄destinatio popat aliqd m p̄destinato. .viii  
Otrū p̄destinatio sit certa: vel an falli possit. .viii  
Otrū p̄destimatorū numer⁹ sit certus & finit⁹. **DECIMU**  
Otrū alicui sit certa & finita suā p̄destinatio. .xi  
Otrū p̄destinatio possit iuuari p̄ib⁹ & alijs bonis sādorū. .xii  
Quid sit p̄destinatio malorum. .xiiii  
Otrū possit aliquis p̄destinatus reproba⁹. Et aliquis repro-  
batus p̄destinari. .xiiij  
Otrū sint plures p̄destinati vel reprobati vel ecoruerso. .xv  
Quod voluntas dei reprobans malos: non est irrationabilis nec  
miqua: nec iniusta et odiosa. .xvi  
Quod Deus nulli est causa peccati & quomodo intelliguntur auto-  
ritates contrarie. **Capl. xvij** **Expliāt Registrum.**

Quid significet nomen predestinationis.

Capitulum. pnum

Via omnis disputatio & determinatio incipi debet  
a nomine / p eo q scdm sapientem: nomen est ratio  
indicans qd est esse rei ut dicitur. viij. methaphysice.  
**I**deo videam⁹: pmo quid per nomine pdestinatio mis  
importetur. alias ignorato nomine ignoratur quid significetur p  
nomen. **I**gitur pdestinatio compunitur ex hac prepositione pre q  
designat ordinem in finem futurū & destinatio qd est missio vel di  
rectio. **O**nde aliquis dicit nunciam destinare: qui aliquem dirigit  
vel mittit ad aliquē. **A**ugustin⁹ in libro de predestinatione sanctorū  
**Q**uid est pdestinatio: nisi alicuius destinatio. **E**t qd id qd p  
mus in corde: ad exequendū dirigimus sic in finem. **I**deo id qd  
ppomimus: diamus destinare scdm illud scdi machabeorum. vi. de  
**G**leazaro qui destinavit in corde suq nō admittere illicita propter  
vite amorem. **S**ic deus cum proponit aliquem saluare: dicitur illū  
pdestinare. **O**nde cum pdestinare non sit nisi eius quod est/ quia  
nullus potest mittare qd non est. **P**redestinare tōne prepositionis  
adiuncte scilicet pre/ denotat ordinem ad futurum euētum eorum  
qui sunt/ & non eorum qui nō sunt. **E**t propter hoc predestination  
ponitur sub prouidentia tanq pars eius. qd prouidentia dicit ordinem  
in finem. **P**rouidentia ponit etiam a tulio respectu futuri temporis  
**E**t a quibusdā diffimitur sic. **P**rouidentia est pns notio futuroz  
practans euentum.

In Quo differunt predestination & prouidentia.

Capl. scdm

Via vero dictum est: q predestination continetur tanq  
pars sub prouidentia. Ne posset aliquis credere q idem  
essent/ quia pars & totum multam habent conuientiam  
**I**deo videtur est in quo differat ab ea. **E**t dicendum  
q differt in duobus quantum ad presens spectat. **P**rimo quia p  
rovidentia vniuersaliter & absolute dicit ordinem ad finem aliquem:  
ad quem ordinatur/ siue sint rationabilia: siue irrationalibia. siue  
bona siue mala/ siue saluandi: siue damnandi. **P**redestination vero  
tantum ad bonos saluandos. **S**ecundo differunt: quia in qualibet  
ordinatione ad finem est duo considerare. scilicet ipsum ordinem &  
exitum/ vel euētum ordinis. non enī omnia que ordinantur in fine.

semper prosequuntur eum. Prouidentia autem ordinem tantum  
respiat in finem. Unde per dei prouidentiam omnes homines ad  
beatitudinem ordinantur: sed non omnes beatificantur. Predestinatio  
tam ordinem in finem: quod ipsum eventum et exitum ordinis in fallibiter  
consequit Romanos. viii. Nam quos predestinavit: hos et vocavit  
et cetera. et ad Ephes. pmo. Qui predestinavit nos in adoptionem  
filiorum dei secundum propositum voluntatis sue.

Quomodo se habeat predestinatio ad electionem dilectionem gratiam  
et gloriam.

(Capitulum tertium)

**A** Iso quomodo se habeat predestinatio ad prouidentiam  
Considerandum est quomodo se habeat ad electionem  
et dilectionem ipsam precedentes: et gratiam et gloriam  
ipsam sequentes: ut ipsa predestinatio possit nobis aliqualiter fieri  
manifesta. Nam tunc aliquid perfecte cognoscatur: qui nota sunt  
ea: que procedunt et sequuntur. **N**o: qd dicendum est: per predestinationem  
non secundum tempus: sed secundum rationem tantum presupponit electionem  
et dilectionem. Electio vero presupponit dilectionem. Deus enim  
nunquam aliquem predestinaret: nisi salutem eius vellet: ad quod pertinet  
electio et dilectio. Dilectio vero in quantum vult bonum salutis eternae.  
Nam diligere est alicui velle bonum. Electio autem non quando hoc  
vult bonum aliquibus pre alijs: cum quosdam reprobet: ut infra  
dicet. Dilectio autem et electio aliter se habent in deo et in nobis  
Non enim voluntas nostra diligens aliquem: causat in eo bonum  
quo diligatur: sed ex bono existente in re dilecta imitatur ad diligendum  
et ideo eligimus aliquem ante quod diligamus: et sic electio precedit  
dilectionem in nobis. In deo autem est econuerso. Nam cum deo  
diligat aliquem: voluntas eius et dilectio est causa quod illud bonum  
qd ipse vult: ab eo pre alijs habeat. Et sic in deo procedit dilectio  
electionem: et electio predestinationem secundum rationem. Unde omnes  
predestinati sunt electi et dilecti Ephes. pmo. Elegit nos in ipso  
ante mundi constitutionem. Ad predestinationem autem duo sequuntur  
scilicet consecratio firmis que est glorificatio. Et collatio auxiliij ad  
consequendum finem que est appositi gratiae: quod ad vocationem  
pertinet. Unde predestinationem duo effectus assignantur: scilicet gratia  
et gloria. Psalmista Gratiam et gloriam dabit dominus.

## Quis possit predestinare.

## Capitulum quartum.

**O**stensum aut̄ quid precedat: & q̄d sequat̄ predestinationē. **V**identū est cui cōpetat p̄destinare. **E**t est dicendū q̄ soli d̄o cōpetit predestinare. **O**mnia enim diuine prouidentie subiacent: sed ad prouidentiam pertinent res in finem ordinare ut dictū est. **S**imilis autem ad quem res ordinant̄ creare duplex est. **U**nus & primus qui non excedit finē naturae: sed est ei proportionatus: quem res creata potest contingere per virtutē sue nature: sicut homo potest rationari: & ignis calefacere: et ad hoc non indiget aliquo auxilio sup̄ naturā iuuante. **A**lius similis est & secundus qui excedit proportionem naturae similiter & omnē eius facultatem: & hic similis est vita eterna: que in diuina visione consistit: que est sup̄ omnem virtutē cuiuslibet creature. **E**t ideo oportet ut ad hūc finē ab alio trāmittat: sicut sagitta a sagittāte ad signum: ad quod per se nullatenus potest peruenire. **U**nde cū solus d̄s possit vitam eternā dare iuxta ilud. Ego vitā eternā do eis. Ideo solus d̄s habet ad illum beatum finem vite eterne aliquos predestinare. **M**o Romanos. viiiij. Nam quos preservavit d̄s: & predestinavit conformatos fieri imaginis filij sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Quos autem predestinavit: hos & vocavit: et q̄s vocavit: hos & iustificavit. Quos aut̄ iustificavit illos & magnificavit. Quid ergo dicem⁹ ad hec si d̄s pro nobis quis contra nos vere nullus ut noceat.

## Quis possit predestinari.

## Capitulum quintum.

**O**x quo ostensum est q̄ solius d̄i est p̄destinare actiue. **C**onsequēter videntū est: cutus sit predestinari passiuē. **E**t dicendum q̄ eorum que fecit d̄s: quodam sunt q̄ non sunt capacia vitæ eternæ: respectu quoz est similiter p̄destinatio actiue & passiuē: sicut sunt omnes creare insensibiles et irrationalis: quia carent ratione & cognitione intellectuali: qua mediante vita eterna habetur Joh. xvij. **I**de est aut̄ vita eterna: ut cognoscatur ēr̄ verum d̄i: & quem misisti ihesum christum. Ideo nulle creare insensibili sicut est terra & aqua: et irrationali sicut & equus et mulus: competit aliqualiter predestinari. **Q**uedā autem alia sunt quibus cōpetit vita eterna: quia ipsius possunt esse capaces/ eo q̄

hacent rationem & cognitionem. Et ista autem nunc fuerunt miserae per aliqd peccatum sicut angeli qui fuerunt in gratia & istis competit predestinari. Mut aliqui fuerunt miserae sicut homines quia miseros facit eos peccatum. Diceremus dicimus. Et quilibet homo peccator est saltim peccato originali propter. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum & cetera. Unde hominibus competit predestinari. tum ratione misericordie quod opponitur beatitudini. tum ratione intellectualitatis seu rationis cui conuenit dilectio & cognitio dei & per consequens beatitudine respectu cuius dicitur est aliquem predestinari.

**Quid sit predestination?** in eis in omni

### Capitulum. vi.

**P**ostquam ostendimus est cuius sit predestinatione & predestinatio. Considerandum est quid sit predestinatione. Et dicendum est quod predestinatione ex parte prestantis signat collectionem sive collationem alicuius magni boni et ex parte predestinationis indigentiam eiusdem boni sine quo bene esse non potest predestinatione. Indigit autem rationalis creatura: cum de se sit misera ut in presenti vita prius a deo qui est summum bonum sibi de sua beatitudine prouideatur. Sed quia prouidentia in prouidente necessitatem non ponit. Oportet secundo ut bonum prouisum ab ipso confiteatur prouidente proponat. Et tertio quia propositum non sufficit necessario conuenit ut in vita presenti preparetur & ut in futuro conferatur. Et istis sic habitis creatura rationis beatitudine erit. De his oibus dicit beatus Augustinus in glossa super illud verbum apostoli puma ad Rom. viii. Quos preservavit & predestinavit & cetera. Predestinatione est scientia & preparatio beneficiorum dei. De secundo in libro de predestinatione sanctorum quod predestinatione est propositum miserendi. De tertio & quarto in eodem libro quod predestinatione est preparatio gratiae dei in presenti & glorie in futuro. gratiae salicet ad merendum in presenti & glorie ad fruendum in futuro. Item idem in eodem. Predestinatione est preparatio beneficiorum dei. Sic igitur patet quod predestinatione secundum Augustinum est prescientia vel prouidentia propositum miserendi & preparatio beneficiorum dei. Executio vero predestinationis est vocatio et magnificatio Rom. viii. Quos predestinavit hos & vocavit & cetera. Utrum predestinatione tam habeat & specialiter preservat metatorum. viii.

**P**ostquam declaratum est quid sit predestinatio. Considerare  
poterit utrum ponat aliquid in predestinato. Et dicendum est quod predestinatio potest duplicitate considerari  
primo quantum ad seipsum. secundo quantum ad eius executionem potest  
est in predestinatis. Si consideratur primo modo: nihil ponit in  
predestinatis: sed in predestinante. Et hoc patet dupli ratione.  
Primo quia predestinatio est pars prouidentie: ergo nec predesti-  
natio ponit in predestinatis: sed in predestinante. Secundo quia  
actiones secundum philosophum transiunt in exteriorem materiam  
Ut combustio que transit in combustibile: et secatio que transit  
in lignum secabile: ponunt aliquid in his in que transiunt. Actioes  
vero quod non transiunt in exteriorem materiam: sed manent in agente  
tantum: vel ponunt extra agentem sicut intelligere velle et amare  
vel ponunt in ipsa re intellecta volita et amata: sed in intelligentie  
volente: et amante. Cum igitur predestinatio sit actio manens in  
predestinante: nihil ponit extra ipsum. Si autem consideretur secundo modo  
predestinatio: scilicet quantum ad suam executionem passione  
dicendum que est quedam preparatio ad bonum: et gubernatio a malo  
sic ponit aliquid in predestinato: sicut ponit preparatio in preparato  
et gubernatio in gubernato. Non predestinatio actus sumpta potest  
aliquid in predestinante. Passio vero ponit in predestinato: quia  
secundum beatum Augustinum. Predestinatio est preparatio gratiae  
in presenti que ponit aliquod in gratiose: et glorie in futuro quod ponit  
mihilominus in gratiose.

**I**ttum predestinatio ponat aliquid in predestinato. **Ca. viii**

**P**ostquam determinatum est quod predestinatio actus non ponit  
aliquid in predestinato: sed in predestinante. Inuestigandum est  
utrum habeat causam aliquam et maxime presciatis  
meritorum per predestinationem facendorum. Ad cuius evidentiā  
considerandum est: quod in predestinatione est duo considerare. primo  
ipsam predestinationem eternam: secundo duplēm eius effectum  
temporalem scilicet gratiam et gloriam. De primo dicendum est  
quod predestinatio includit in se voluntatem diuinam: quia secundum Augustinum  
est propositum miserendi. Ideo querere causam predestinatio mis-  
eritatis: est querere causam voluntatis diuine: que nullo modo potest  
nec debet queri ab aliquo. Nullus enim unquam fuit sic insane mentis

qui diceret merita esse causam diuine predestinationis: ex parte  
actus dei p̄destinantis: sed ex parte volitorum dei potest assignari  
causa in quantum deus vult aliquid esse propter aliud ut dicetur  
infra. Quantum vero ad secundū salicet effectū predestinationis  
utrum causam habeat vel non quod vertit in questione. Nam de⁹  
preordinauerit se datum effectum predestinationis alicui p̄pter  
aliqua bona merita per ipsum facienda. Circa qđ diuersē fuerūt  
opiniones. Nam quidā dixerūt: q̄ sit p̄pter merita p̄cedentia  
effectum predestinationis: & isti diuisi sunt: quia Eugenes posuit  
q̄ anime omnī hōm ab initio create fuerunt: & propter merita  
que in vita alia metuerunt p̄cedentia grām & gloriā: qui sunt  
effectus predestinationis p̄destinate fuerunt ad diuersos status  
& diuerthi corporib⁹ vīte. Nam autē opinione falsam & eroneā  
excludit apostolus ad Ro. ix. dicens. Cum nōdūm nati fuissent  
aut aliqd egissent boni vel mali non ex ope ub⁹: sed ex deo vocāte  
dictum est: maior seruiet minor. Quelūt autē alij: qui bona facta  
in hac vita posuerūt causam esse & p̄destinationis: sicut pelagiani  
dicentes: initū boni faciendo esse in nobis & ex nobis: quibus con-  
tradicit Aug⁹ in sermone martirum dicens. Nempe vox vestra  
est q̄ homo ex semetipso facit iusticiā: hoc est alter⁹ elatiōis vestre  
sed veritas contradicit: dicens. Palmes nō potest fasere fructū  
a semetipso: nisi manseat in vite. Consumatio vero ex deo est: &  
quia vniuersale initium boni producat ad opus bonum: aliud vero  
non: ideo vni datur effectus predestinationis: & nō alter⁹. Initū  
autem boni quod in nobis ponebat dicebat q̄ erat preparatio ad  
gratiā: sed hāc opinione excludit apostolus. ij. ad Cor. iiij. dicens  
Non enī sumus sufficiētes cogitate aliquid a nobis q̄si ex nobis  
sed sufficiētia nostra ex deo est. Nullum autē principium vel initū  
boni vel mali p̄cedit cogitationem. Onde non potest dici q̄ aliqd  
initium boni existat in nobis. quod sit ratio & causa p̄destinationis  
Querunt & alij qui dixerunt: q̄ merita bona sequentia effectum  
predestinationis sunt ratio & causa predestinationis: ut intelligat  
q̄ ideo deus dat gratiam alicui & gloriam: et preordinavit se p̄-  
destinando daturū: quia presciuit eum bene vſurum: sicut rex dat  
equum bonū militi: quem scit eum bene vſurum: & in bello optime  
pugnaturum: & non illi quem scit formidolosum et fugituum. Sed  
isti sicut primi errauerunt: quia homo quicqd bon facit/ siue  
ex libero arbitrio/ siue ex gratia dei totum est a deo p̄destinante

**I**deo nullo modo potest pmi causa predestinationis. sequeretur  
etiam magnum incolumens si prescientia meritorum ponere:ur  
causa predestinationis. quia nullus saluaretur qui talia merita no  
esset habiturus. & sic nullus puer quam baptisatus mortens sal  
uaretur. quod est contra fidem & scripturam sacram dicentem  
**M**athei. **C**umite parvulos venire ad me talius est enim regnū  
celorum. **E**xclusis ergo opinib⁹ falsis dicendū q̄ effectus p  
destinationis potest dupliquer considerari. **P**rimo in particulari  
**S**ecundo in universalis. **P**rimo modo nihil prohibet aliquē esse  
āū predestinationis esse causaz & ratōm alicui⁹. sicut gratia dei  
que datur hominī in vita p̄senti & causa meritoria ipsius glorie.  
**N**unquam enim aliquis potest gloriam habere nisi prius habeat  
gratiam. qua mediāte gloriam mereatur. **V**nde scibitur ad **R**o  
manos sexto. **G**ratia dei vita eterna id est p̄ gratiam accipiuntur  
vita eterna. **E**ntra gloria est causa et ratio gratie. quia nun  
quam datur gratia nisi ppter vitam et. **r**enaz. **S**ecundo modo po  
test considerari effectus predestinationis in cōmum. et sic impossibi  
le est q̄ causam habeat ex parte nostra. quia quicquid est i hō  
mne ipm ordinans ad salutem totum comprehenditur sub effe  
ctu predestinationis. siue sint bona faciens cogitando. loquendo.  
agendo per se vel per alium. siue sint mala sustinendo a quocunq  
fiant. ito quandoq plus ipa preparatio gratie est a deo anteq  
nullum bonū facere potest homo. **s**in illud **T**renorū vltimo. **C**o  
uertere nos domine ad te et conuertemur scz ad tuum mandatum.  
**E**t apostolus ad **T**itum. **N**on ex operibus iustice que fecimus  
nos sed s̄m misericordiam suam sa uos nos fecit. **S**icut autē nos  
fecit salvos ita & nos predestinavit saluandos. **N**on ergo prescien  
tia meritorum est causa vel ratio p̄destinatōis. sed ipa bonitas  
diuina est causa p̄destinatōis. & omnis effectus eius ad quem or  
dinatur sicut ad finem. et p̄cedit ab ea sicut a principio mouēte.

**V**trum predestinatio sit certa. vel an falli possit. **C**apitulū. ix

**H**e **Q**uod merita non sunt causa p̄destinatōis. sed bon  
itas diuina. considerandum est utrum predestinatio sit  
certa vel falli possit vñq. **E**t dicendum q̄ certitudo ali  
cuius dupliquer haberi potest. **P**rimo modo in generali p̄ intel  
lectum & in particulari per sensum. sic certitudo p̄destinatōis

poteſt haberi in generali primo q̄ ommis predeſtinatus ſaluabit̄  
Et hoc certum eſt & nunq̄ poſteſt contrarium modo aliquo eue-  
nire. **R**omanos. viii. Quos preſciuit hos et vocauit & ceta. **S**e-  
cundo modo in particula. **O**rrū ſcz petrus predeſtinatus ſaluet̄  
**D**oc autem poſteſt conſiderari vel ex parte cauſe proxime ſalicz  
liberi arbitrij. vel ex parte dei iphius predeſtmantis. **P**rimo mo-  
do poſteſt ſaluari & non ſaluari. quia in eo eſt facere bonum et nō  
facere. et si facit ſaluabit̄. si vero nō ſdamnabit̄. **E**odem mo-  
do diſi poſteſt / q̄ moui poſteſt in mortali peccato / & non moui . q̄a  
in poſteſtate & voluntate ſua eſt conſiteri & non conſiteri. **E**t iſto  
modo predeſtinatio non habet certitudinem ſed contingentiam.  
quia ſua cauſa non eſt certa ſed dubia & contingens. **S**ecundo mo-  
do ſcz ex parte dei impoſſibile eſt petrum predeſtinatum non ſal-  
uari. quia ſicut lapis de ſua natura habet q̄ moueat̄ de orſum  
& non ſurſum ſed ex parte p̄iſcientis habet q̄ moueat̄ ſurſum  
vel de orſum. **I**ta predeſtinatus ex parte ſui poſteſt ſaluari & non  
ſaluari. ſed ex parte dei neceſſe ſaluatur. **N**on q̄ deus libertatez  
auferat liberi arbitrij. ſed auxilia conſeruit predeſtinato. vel q̄ nō  
cadat in peccatum mortale. vel ſi cadat q̄ reſurgat. ſicut p̄ exhorta-  
tiones / p̄edicat̄ones / punit̄nes / conſolatiōnes ſpirituales /  
orationes ſui & aliorum / dona gratie / ſacramenta eccl̄ie / ſacrā  
ſcripturam & multa alia. **I**deo nunq̄ poſteſt moui in peccato mor-  
tali ex parte dei conſeruantis & reuocantis ad ſtatū gratie ſi  
cecidierit. & ſtant ſimul contingentia liberi arbitrij cum certitudi-  
ne & neceſſitate p̄deſtinat̄is dei. **E**t hoc eſt qđ dicit beatus au-  
gustinus ſup iſto verbo **R**o. viii. Quos preſciuit & predeſtmavit  
**P**redeſtinatio eſt preſcientia & p̄paratio beneficiorum dei. qua  
certiſſime liberantur qui liberantur. **E**odem in libro de p̄deſtinat̄ione  
ſanctorum. **V**eritas p̄deſtinat̄ionis eſt immobile. **E**t bre-  
uiter ratione tali oſtendi poſteſt p̄deſtinatio eſſe eterna. **O**mne  
autem eternū eſt immobile & muvariabile. ergo p̄deſtinatio falli nō  
poſteſt. nec mouere debet quenq̄ contra p̄dicta verbū beati **J**ohannis  
**A**pocal. iii. **G**ene quo dabis ut nemo accipiat corona z  
tuam. **S**up quo verbo dicit beatus **M**ug⁹. q̄ alijs non eſt acce-  
pturus mihi iſte p̄dixerit. **B**ed corona glorie eterne dicitur eſſe  
alicui⁹ duplicit̄. **O**no modo ex p̄deſtinat̄ione diuina. & ſic nul-  
lus amittit nec ammisit vñq̄ coronam ſuam. **A**lio modo ex meri-  
to gratie. **Q**đ enim quis meretur qđammodo ſuum eſt. & ſic co-

ronam suam aliquis amittere potest per peccatum mortale sequens  
et non aliter. Alius autem coronam illam accipit amissam in qua-  
tum in locum eius subrogatur. non enim permittit Deus aliquem  
cadere quem alium evigat. ut sic semper sit certus et completus nu-  
merus electorum. Job. xxxiiij. Concretet multos et innumerabiles  
et stare faciet alios pro eis. Sicut in loco angelorum cadentium sub-  
stituti sunt homines. In locum iudeorum substituti sunt gentiles.  
In locum iudee substitutus est mathias. Dicitur etiam coronam  
unum alterius recipere alio modo. sicut in quantum bona unius alterius  
vel prosunt in auxilium gratie in hac vita vel in auxilium glorie  
in alia propter connexionem caritatis que facit bona membrorum  
ecclesie communia. Onde bona que fecerunt damnati. non sunt  
perdita quia prosunt predestinationis quibus omnia dantur a deo.  
Si vero damnati non fuissent saluati partes habuissent. ps. Par-  
ticeps ego sum omnium timientium te et custodientium manda-  
ta tua.

Utrum predestinationis numerus sit certus et finitus Cap. x.

**A** quo declaratum est quod predestinationis certa est necessaria  
via / videndum est Utrum numerus predestinationis sit  
certus et finitus vel non. Id cuius evidentiā sciendū est  
quod aliqui dixerunt numerum predestinationis certum formaliter.  
scilicet quod centum vel ducenti vel mille debent saluari / vel in huius-  
modi numero. sed non erat certus materialiter scilicet qui et quales  
saluari debent. Et hoc dictum sumpit occasionem ex verbis be-  
ati Johannis evangeliste in precedenti capitulo allegatis. scilicet Ne  
quod habes et cetera. Et ex glossa beati Augustini ibidem Pro  
pter contingentiam liberi arbitrij. Idec autem opinio tollit certitu-  
mem predestinationis de qua determinatus est in capitulo preceden-  
ti. si absolute intelligatur. Onde considerandum est quod dicta distinc-  
tio aut accipitur ex parte dei qui est causa prima predestinationis/  
aut ex parte liberi arbitrij quod est causa proxima et immediata.  
Si primo modo dicendum est quod deo certus et determinatus  
est numerus predestinationis formaliter et materialiter. id est quod  
et qui saluari debent non solum ratione cognitionis. sicut est ei cer-  
tus numerus guttarum pluviis et arene maris et foliorum arborum.  
sed ratione distinctionis electionis et ordinacionis ad vitam bea-  
tam. Cuius ratio est. quia omnis agens intendit mensuram et

numeꝝ finitum in suo effectu et maxime in partibus est. ncialibus  
que per se requiruntur ad pfectiōnē totus. sicut edificator ex-  
cogitat determinatam mensuram domus. & determinatum nume-  
rum & mensuram parvum et tecti. non tamen eligit determina-  
tum numerum & mensuram in his que non per se sed per aliud re-  
quiruntur. **N**icuſ nō eligit determinatum numerū lapidum arene  
calis & lignoꝝ. sed eligit tot quod sufficiunt pro pavete et tecto.  
**I**ta fecit deus in creatione omiuersi. preordinavit diuina sapientia  
in qua mēsura deberet esse omiuersum. quod partes eiꝝ essentiales  
que ordinantur quodāmodo ad eius per petuitatem. scilicet quod  
spere quod stelle quod clementa electa. & quod species rerum. In  
divinitua vero que non ordinantur directe ad perfectionem omiuersi  
& bonum simplex. sed quasi secundatio in quantum in eis saluatur  
bonum specierum. iteo licet deus sciat numerū bonum pulicū piscium  
auium & omnium singularium. non tamen propter hoc ordinat⁹ est  
principaliter numer⁹ iste a deo. sed tot producit & produxit diuina  
sapientia. quod sufficiunt ad consecutioꝝ specierum. Inter om̄es  
aut̄ creaturas principalius ordinantur ad bonū omiuersi creature  
rationales. scz angeli & homines. **C**um quia incorruptibiles sunt  
tum quia ad maius bonum ordinantur. scz ad beatitudinem eternā  
q̄ est ultimus finis. **O**nde certissim⁹ est deo numer⁹ predestinatoꝝ.  
**E**x parte vero liberi arbitrij. qd̄ est causa proxima predestinationis  
sic numer⁹ formaliter nullo modo est certus. scilicet quod saluant  
q̄a nullo modo humana ratio. nec angelica intelligentia potest ad  
hoc pertingere anteꝝ compleatur. **N**umerus etiā materialis pre-  
destinatorum. id est qui suulentur. etiam non est certus. propter  
variabilitatem & contingentiā liberi arbitrij per qd̄ homo nec bene  
nec male operatur. **O**nde nullo modo homini certus est numerus  
predestinatorū. **V**ero autem simpliciter & absolute certus est. qd̄  
potest iterū ostendi tali ratione. **I**ste numer⁹ cui non potest fieri  
additio vel substractio certus est. sed talis est numer⁹ predestinatoꝝ  
ut infra dicetur. ergo eorum numerus est certus. **N**ec est  
contra ista. id qd̄ moyses dicit deuteromij pmo. **D**ns deus noster  
addat ad huic numerum multa milia & cetā. **Q**ui illud intelligit  
te numero bonorum respectu p̄stis iusticie. qui augetur & minuit.  
**G**losa. **D**issimitur apud deū qui nouit qui sunt eius frequenter et  
non de numero iustorum ut ibidem dicit **Augustin⁹** in glosa. **S**ic  
ergo certissimus est numerus predestinatoꝝ. **Augustin⁹** in libro

**D**e corruptione & gratia. Certus est predestinorum numerus: quod nec augeri potest nec minui idem in Enche. **V**irginea iherusalem mater nostra civitas dei nulla diuinū suō proprio numerositate fraudabili aut vberiori etiam copia fortasse regnabit. **N**ō solum autem est certus: sed etiam fixitus: quia corpora predestinatoꝝ omnia erunt in celo empiricꝝ post resurrectionem: sed locus iste finitus est: cū omne corpus sit finitū: duo etiam corpora glorificata non possunt esse in eodem loco: ergo & numerum predestinorum oportet esse finitum & determinatum.

**O**trū alicui sit certa & finita sua predestination. **C**apitulū. xi.

